

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1572

Autre(s) référence(s) : Fauroux 128 / Tabuteau 202 / ARTEM *1934

Auteur(s) : Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1040-1053]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard concède à Saint-Wandrille, avec l'accord de son fidèle Robert, fils d'Hunfredus [de Vieilles], cinq églises en Cotentin, qu'il avait données à ce dernier : Saint-Marcouf et tout ce qu'y tenait antérieurement Hugues Pasfolet, Saint-Germain et Saint-Martin de Varreville, Sainte-Honorine d'Audouville, Notre-Dame de Poupeville, avec les clercs et leurs terres, un hôte par église, et la dîme de tout ce qui revient au domaine du duc.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 19, p. 62.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°128, p. 299-301.

Indications

Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 168, IV.

Dissertation critique

1040 env. - 1053 et plutôt 1047-1053. L'acte ne peut avoir été délivré avant la fin de la minorité de Guillaume, et antérieur à la révolte de Guillaume d'Arques en 1053 (voir FAUROUX, p. 300).

Reproduction partielle dans une pancarte fin XIe-début XIIe s., au nom du duc Guillaume.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis et unice majestatis. Cum constet omnipotentem Deum genus humanum inter cetera potenter condidisse et misericorditer perditum reparasse, cunctis sanum sapientibus liquido patet non solum nostra exteriora nos ei sed et nos ipsos debere principaliter, cuius potenti munere exterioribus habundanter bonis fruimur et interna nostri, quod melius est, salute potimur. Cui pro tam ingentis largitate beneficii satis exiles reperdimus gratiarum vices, si devotionis debite indicia cuiuslibet munusculi probamus quantula munificencia et hoc pro salute nostra. Quod quicunque pro modulo suo agere declinat, ingratum se patenter insinuat et difficultate exterioris muneric interne perditionis testatur dispendia. Quod ego Willelmus, Nortmannorum gratia Dei princeps et cavere festinans et ad potiora me Deo donante super extendere desiderans et meo me creatori debitore mei esse devote, concedo et do de meis rebus pro salute mea humiliiter munuscula, prout opportunitas dictat, impercior, hac

pro re etiam idem annuente Roberto, fideli nostro, Hunfredi videlicet filio, ecclesias quas illi dederam possidendas jure perpetuo, sitas in maris Constantini pagi preripio, quinque numero. Quarum hec sunt nomina : ecclesia Sancti Marculti ex integro, et quicquid ibi tenebat Hugo Pasfolet, et Sancti Germani et Sancti Martini de Wathredivilla et Sancte Honorine de Aldulfivilla et Sancte Marie de Popavilla cum clericis et terris eorum, et cum unaquaque ecclesia unum hospitem, et omnem omnino decimationem eorum, que ad meum dominicatum pertinent, et preter hec alium hospitem, Ros nomine, in parrochia Sancti Germani, Deo omnipotenti in loco Sancti Wandregisili perpetualiter, pro communi mea ac sua salute dedo, ad restorationem videlicet ejusdem loci et suffragium fratrum qui Fontinelle divine deserviunt majestati. Quam rerum traditionem, quia firmiter volo permanere, refragatores ejus eterno, prout valeo, condonno anathemate. Facta cartali auctoritate cum testium subter ascriptorum firma astipulatione.

Signum Wil+lermi comitis. Signum + Roberti filii Unfredi. Signum + Rogerii fratratis ejus. Signum Anschetilli +. Signum Willelmi + filii Ricardi secundi Normannorum ducis. Signum Rogerii filii Radulfi + de Warethna. Signum Rogerii filii Ragnulfi. + Signum Gisleberti Crispin. Signum Willelmi + Guiet +.